

M^{DC}LXVII

WOLBERO

ABBAS S. PANTALEONIS COLONIENSIS,
ORDINIS S. BENEDICTI.

NOTITIA

(R. P. Henr. Gravius, Proleg. ad Wolberonem, ex antiquissima tabula quæ asservatur manuscripta in cœnobio D. Pantaleonis intra Coloniam.)

Wolbero, duodecimus monasterii Sancti Pantaleonis abbas eligitur anno 1147, postquam R. P. Gerardus senio confectus bæulum pastoralem in præsentia R. D. Arnoldi primi ejusdem nominis archiepiscopi, ac priorum monasterii resignasset. Hic ingenio et eloquio clarus fuit, upote vir in divinis Scripturis studiosissimus et in sacerdotalibus litteris suo tempore doctissimus, scriptis sacris virginibus Benedictinæ institutionis in insula Rheni Deo et beatae Marie militantibus, libros quatuor in *Canticâ cantorum*, quibus nominis sui memoriam posteris reliquit. Obiit anno Domini 1167, v Idus Aprilis, sub Alexandro ejusdem nominis tertio Romano pontifice, Reinolde archiepiscopo Coloniensi, ac Friderico I imperatore, cum annis præfuisse xxi; sepultus sub ædicula D. Margaretae virginis ac martyris, hoc epitaphio teste :

*Corporis exuvias hic depositi tumulandas
Præsidiumque pia sub tegmine spero Mariæ,
Cujus ad ædiculari construxi culmina sacram
Sit requies animæ; sit plena solutio culpe.*

COMMENTARIA

VETUSTISSIMA ET PROFUNDISSIMA

SUPER CANTICUM CANTICORUM SALOMONIS,
QUOD HEBRAICE DICITUR SIR HASIRIM.

IN IV LIBROS DISTRIBUTA

AUCTORE

R. D. WOLBERONE

Abbate S. Pantaleonis intra Coloniam, Ordinis S. Benedicti.

Nunc primum in gratiam concionatorum meliorem in ordinem digesta, notisque cum indice copioso illustrata, opera R. P. Henrici Gravii SS. Theol. Baccal. eiusdem Ord. Bened.

(Coloniae Agrippinæ, sumptibus Michaelis Demen, bibliopolæ, sub signo Nominis Jesu, anno M.DC.LXXX, permissu superiorum.)

qui operantur in me non peccabunt, et qui elucidant me
vitam æternam habebunt (Eccli. xxiv).

EPISTOLA NUNCUPATORIA

Eleverendissimo in Christo Patri Domino venerabilis Henrico Spichernageli, D. Pantaleonis abbati et PATROL. CXCV.

S. Unionis Bursfeldinæ præsidenti principali meritiissimo, nec non reverendis admodum et amplissi-